Universitätsbibliothek Paderborn

Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatus

Dript, Laurentius a

Paderbornae, 1672

9. Non tenetur quis restituere, quod per minuta furta abstulit, licet sit magna summa totalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13441

Visual Library

PROPOSITIO IX.

Non tenetur quis reſtituere, quod per minuta furta abſtulit, licet ſit magna ſumma totalis.

22. QVam *Schola Theologica Lovanienſis* ſicut & plures ſequentes cenſuravit, & condemnavit *Anno 1653. & 57.* eodem enim modo juſtitiæ repugnat retinere rem notabilem alteri debitam, ac illam uno actu auferre: licet non ſit injuſtitia ratione acceptionis, ſi abſit intentio illa ſucceſſive furandi: eſt tamen ratione rei acceptæ, quam in notabilem quantitatem creviſſe ſupponitur, habeatque poſſidens quod ſuum non eſt, ſed alterius, adeoque reſtituere obligatur tanquam detinens rem alienam; in quo æque peccat, quam ſi eam furatus fuiſſet. Ex eodem fundamento ruit, quæ ſequitur,

PROPOSITIO X.

Qui ceſſit foro poteſt ſibi retinere bona quibus indiget ad ſuſtentationem familiæ